



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 24. Concilium Complutense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

non videtur quæsiisse modos huic mentium alienationi tollendæ idoneos: huc enim non expediebat accumulare pœnas sacras profanasque. Præcipit, ut beneficiarii & curatores domuum hospitalium in principio administrationis suæ indices bonorum mobilium æque ac immobilium ad beneficium vel domum hospitaliæ pertinentium conficiant; atque beneficium abdicantes successoribus suis præter suppellectilem congruam relinquunt, unde hi vivant usque ad perceptionem novorum fructuum.

Sæcul. XIV.  
A.C. 1326.

6.52. 53.

§. XXIV.

*Concilium Complutense.*

Eodem anno 1326, die 25 ejusdem mensis Junii Archiepiscopus Toletanus Joannes Arragoniæ Princeps Compluti concilium habuit, cui aderant tres Episcopi, Petrus Segovinus, Joannes Auximanus, & Ferdinandus Conchensis cum Procuratoribus reliquorum trium, Palentini, Seguntinique, & Cordubensis Antistitum. Duo tantum canones ibi statuebantur; prior contra Toletanos Suffraganeos per alium, quam per Archiepiscopum, ac sine permisso ejus consecratos, nec intra annum ei suam obedientiam coram pollicitos; fortassis ob modicam Castilianorum erga hunc Præsulem

to. II. p. 1771

Sæcul. XIV. lem benevolentiam. Alter canon reno-  
 A.C. 1326. vat tertium decimum concilii Rupe Fide-  
Sup. lib. 90. li anno 1302 celebrati per Archiepisco-  
 §. 14. pum Confalvum ad reprimendas usurpa-  
 tiones iniquas direptionesque bonorum  
 Ecclesiæ. Additur, illum, qui hanc ob  
 causam diris devotus aliqua in diocesi  
 fuerit, in cunctis reliquis proscriptum iri,  
 si Episcopus læsus id desideret.

## §. XXV.

*Litteræ Sanuti.**San. ep. 7.**Rayn. 1324,  
n. 39. 40.*

Sanutus Venetus pergebat omni opera  
 eniti, ut gereretur bellum sacrum.  
 Anno 1324 hac de materia Imperatori  
 Andronico Palæologo hunc in modum  
 scripsit: Sat diu in aula Romana, demum-  
 que in Gallica versatus, ut de rebus  
 Palæstinæ agerem, ex quibusdam Reli-  
 giosis, qui apud Majestatem tuam, ac  
 præsertim apud Episcopum Caffensem  
 fuerant, te ad Ecclesiarum concordiam  
 probe affectum comperi. Lætabar enim-  
 vero gnarus illam ad exequendum tran-  
 situm in terram sacram plurimum servire,  
 ac bonum esse maximum, quod in hac  
 vita possit fieri. Itaque hoc de argumen-  
 to locutus sæpe sum multis Cardinali-  
 bus, ac Proceribus Franciæ, Regi Ro-  
 berto, Petro de Via Papæ nepoti, præci-  
 pue autem Guilielmo Hannoniæ Comiti,  
 Caroli